





F. 7. num. 35.

1753, 6a 6

ORDINIS IVRIDICI  
DECANVS  
GEORGIVS. LUDOVICVS  
BOEHMER D.

CONSIL AVL. REG. ET ANTECESSOR  
VIRORVM PRAENOBIILISMORVM DOCTISSIMORVMQUE  
GE. FRIDERICI AVGVSTI DATHII

LEVCOPETRENSIS MISNICI

ET

RVTGERI NICOLAI SLVTER  
HAMBVRGENSIS  
SOLENNIA INAVGVRALIA

INDICIT

PRAEMISSA OBSERVATIONE  
DE  
FEVDO CAMPANARIO  
*vulgo Glocken Lehn.*

GOTTINGAE,  
PRELO GEORG. LUDOV. SCHWILZII ACAD. A TYPIS







I.

**A** feudali, quæ militie, vel equestris vel castrensis, agenda causa facta est, bonorum concessione, Ius feudale Saxonicum sollicite distinguit concessionem officialem, secundum *ius curiae*, nach Hofe Recht, factam. a) Prout ad aulica ciuilia similiaque officia principi vel aliis proceribus praestanda nobiles & ingenui se obstrinxerant, ita in officii ex fide gerendi præmium & stipendum eisdem bona data sunt vtenda et fruenda, quæ beneficiorum, stricte sic dictorum, rationem habuerunt. *Iure curiae*, nach Hoferecht, vel ideo dari dicuntur, quod Hof non modo aulam, palatum, domum, sed et eo sensu, quo continens pro contento accipitur, eos, qui in aula et domo seruunt, omnemque comitatum denotat eorum, qui in alterius officio et ministerio consistunt. b) Itaque *ratione officii*

a) *Ius feud. Saxon.* c. 63. conf.  
*Ius feud. Al. c. 113. Vet. Auct. de  
benef. cap. 1. §. 130.*

b) GE. WACHTER in gloss.  
*Iuris teuton. p. 739.*  
 A



*eii bona largiri in beneficium, idem fuerat, ac iure curiae conferre, nach Hofe recht, vel iure officii, seu iure officiali, nach Amtrecht. c) Obligatio ministrorum ad fidem in officio exhibendam fuerat personalis, beneficio remunerata, similis ei, quæ clericorum est, in officio pro beneficio ecclesiastico obeundo. Sed inualuisse sensim, ut fides in officio exhibenda euaderet realis seu intuitu bonorum beneficiariorum præstaretur, ac proinde beneficia ministerialia iure feudorum haberentur, exposui in diatribe, de feudis ex beneficiis Francorum enatis, quam thesauri iuris feudalismi tomo I. inferuit Celeberr. Gottl. Aug. Jenichen. Inde ministeriales infeudati, beneficia eorumdem feuda, & bona, iure curiae seu iure ministerialium data, Hofe lehn vocantur. d) Inde tot species feudorum, obser-*

c) Hæc formula occurrit in Charta de a. 1187. in GOTTL. SAM. TREVERI Geschlechts historie des Hochadl. Hauses der Herrn von Münchhausen in app. p. 6.

d) Ministeriales infeudati ecclæsiae recensentur in V. R. 10. NIC. ABHON THEIM h[ab]it. dipl. Treuir. p. 668. & in charta de 1135. ibid. p. 527. ministeriales, qui ad hoc officium infeudati sunt. Ministerialium beneficia *Hove Lehn* vocantur in charta de a. 1283 quam integrum recensere innabit: Nos dei gracia Iohannes prepositus, Arnoldus decanus totumque capitulum maioris ecclesie in Hildensem prae-

sentibus recognoscimus & publice profitemur, quod in commutacionem et recompensacionem decime in Oberghe, alodium nostrum in Algermissen et duo nostra in Lobeke, cum omni iure et utilitate inde prueniente, tam in villis quam in campis ab omni exactione libera, sicut nos retroactis temporibus habuimus, Bertholdo de Algermissen & filiis fratrissui et eorum legitimis heredibus *iure feodali ministerialium*, quod vulgariter dicitur *Hove Lehn*, deliberato consilio contulimus in perpetuum possidenda. Et si forte super hiis bonis, seu super liber-

+ + +      ♀      + + +

servitia pagana, ciuilia, aulica, ecclesiastica, concessorum, natales ducunt. Inde illa oriuntur, quae Doctores conditionata vocant, appellatione vel a voce germanica der bedingien *Lehn* male in conditionata feuda translata, vel a conditione, prout pactum legemque denotat, desumta; e) quorum intuitu vi specialis conuentionis alia praestantur, quam quæ iure feudali debentur, servitiorum genera.

## II.

Quod vero antiquitatum beneficiarum studiosis non iniucundum fore existimo, inter feudorum, quae officii rationem habent, exempla speciem exponere iuuabit, rarius obuiam, feudum quod pro officio campanarii, tempore tempestatis obeundo, datum est, *Glocken Lehn* vulgo dictum, quod *feudum campanarium* appellare non incongruum est: nam & veteribus turris campanaria & preces cam-

libertate eorum predicte perso-  
ne vel eorum heredes aliquando  
iudicialiter fuerint impetiti, ipsos  
legitime defendendo, istorum  
bonorum, cum requisiti fueri-  
mus, prestabimus veram et debi-  
tam warandiam. De cetero au-  
tem prefate persone vel eorum  
legitimi heredes horum bono-  
rum feodalem inuestituram a  
Domino Decano nostro, qui nunc  
est vel qui pro tempore fuerit,  
nomine nostri capituli recipient,  
ficiunt si bona confamilia a qua-  
libet alia reciperent, eciam lay-

ca, potestate. In maiorem ve-  
ro huius rei firmatatem presen-  
tem literam inde conscriptam si-  
gillo nostro autentico roboratam  
ip sis super hoc dedimus ad cau-  
telam. Datum Hildensem anno  
domini M.CC.LXXX tercio,  
XVII. Kalendas Decembris.

e) Verba II F. 2 §. 2. si dia-  
zur feudum sub tali conditione,  
hoc pacto, dedisse ut vasallus in  
festius diebus vadat &c. locum  
fecisse videntur appellationi con-  
ditionatorum feudorum,



campanariae dicuntur. a) Huius generis beneficia occur-  
runt in ecclesia S. Anscharii Bremensi, a qua ædificia  
quædam nexu beneficiario ea lege data sunt, vt pos-  
fessor tempore tempestatis turrem maioris ecclesiar ascen-  
surus partibus campanarii defungeretur. Indolem huius  
beneficii illustrant, quas subiungimus literæ beneficiariaz  
a Präposito Capituli ecclesiae Bremensis datae anno 1609.

"Ich Franz Marschal Thum Dechant der Kirchen zu  
Bremen, als Probst der Collegiat Kirchen St. Anschary da-  
selbst urkunde und bekenne Kraft dieses, vor mich und  
meine Succesören an gedachter Probstey zu St. Anschary;  
Demnach mir durch gutwilligen Abstand Heinrich Elers  
Schreibers zu Himmel Pforten ein Glocken Lehn bey der  
Thum Kirche zu Bremen erlediget, und einem andern  
wiederum zu geben heimgefallen; und dann Heinrich  
Detlefs solchgedachtes und erledigtes Glocken Lehn neben  
denen dazu gehörigen Wohnungen in der Glockenstrassen  
belegen, und allen andern pertinentiis zeit seines Lebens  
wiederum conferret und gegeben, und thue dasselbe fer-  
ner Kraft dieses, doch derogestalt und also, daß er dage-  
gen pflichtig und schuldig seyn soll, dasienige hinwie-  
derum mit Aufwarten im Thum und sonst zu prästire  
und zu leisten, was einem Glökkener vermöge der  
Thum Kirche Statuten und Gewohnheiten eignet und ge-  
bühret, und mir und einem Ehrwürdigen Thum Capi-  
tul getreu und hold zu seyn, auch die obermeldte zu sol-  
chem Glocken Lehn gehörige Wohnung in nohtfürstigem  
Gebau und Esse zu halten, seine Freunde auch nach sei-  
nem todlichen Abgange, und seine Erben alles dasienige,  
was in solchen Wohnungen Erd und Nagelfest vorhanden  
seyt

a) CAR. DV FRESNE in gl. tom. II. p. 98.

❖ ❖ ❖

seyn wird , ohne einige Wiedererstattung oder Einrede  
därinnen bleiben zu lassen, alles getreulich und ohne Ge-  
fährde. Urkundlich habe ich dieses mit meiner eigenen  
Hand untergeschrieben , und mit meinem angebohrnen  
Petschaft untergedrukket. So geschehen im Jahre nach  
Christi unsers Herrn Geburt ein tausend sechs hundert und  
neune. Dienestages in den Heiligen Ostern.”

### III

Campanarii, cui campanarum cura easque pulsare in-  
cumbit, officium in ecclesiis, maxime cathedralibus et  
collegiatis, honorificum fuisse, ex eo intelligitur, tum  
quod hoc signo regerentur cultus divini multiplices actus,  
tum quod qui ex ordine clericorum sunt, eo officio de-  
fungerentur, in iisque presbyteri fuerint. Eosdem subinde  
*Clockmannos* vel *Cloquemannos* a voce Germanica dictos  
esse legimus (a): nam et campana veteribus *Clocca* appell-  
latur (b). Sed non est illud perpetuum officium, cuius  
intuitu feudum campanarium datum est, sed officium tem-  
pore tempestatis in pulsandis custodiendisque campanis  
fubeendum. Id quod cum ex generali literarum cliente-  
larium formula non pateat, dabimus eam in rem superio-  
ris seculi testimonia. In literis nunciis Regimini Suecico,  
quod olim Stadae floruit, a Ioanne de Hasfel, Fabricae ec-  
clesiae Bremensis directore, a. d. 1657. exhibitis,  
huius officii ratio sic exponitur: ”Ew. Hochgräfl. Excel-  
lenz auch Hochedlen Gestrengen Veste Herrlichkeiten und  
hochgelarte Gunsten gnediges und hochgeneigtes Befeh-  
lig,

(a) CAR. du FRESNE in *gloss.* Hamburg. lib. I. p. 72. n. 221.  
tom. II. p. 99. & p. 699.

(b) Vid. Vita S. Aufcharii cap. *Insuper etiam ut Clocca habere-  
tur in ecclesia, consenst.*

28. in PETR. LAMBECII orig.



lig, wegen Beschaffenheit des durch endlichen Abgangs  
weyl. Henrichen von der Kühlorne nachgelassenen Wittiben  
erledigten Klocken Lehnnes bey hiesiger Königl. Haupt-  
Kirchen ist mir gebürlich eingehendiget, gebe darauf zu  
unterthänigster und gehorsamster Nachricht, daß es mit  
diesen, sowohl als den andern Klocken-Lehnne eine sol-  
che Beschaffenheit hat, nehmlich daß dazu nichts als die  
blosse Wohnung, so doch nur in geringen Kleinen Häus-  
fern bestehen, gehörig, und dann 3. Bremer Marck, so  
jährlich aus der Probstey S. Anscharii jedweden Klöcke-  
ner sollen gereichert werden; dagegen seyn solche Klöcke-  
ner schuldig, nicht allein die Wohnungen in guten Baw  
und Esse zu halten, sondern müssen so oft einiges Don-  
nerwetter entstehet, ein jetweder der Klöckener eine ge-  
wisse Person in der Kirche und uf den Torn haben: wel-  
ches sie aber durch gewisse bestellte Leute können ver-  
richten lassen, und eben es selbsten nicht thun: wie dann  
auch die Meister, so vor diesen damit belehnet außerhalb  
der Stadt hin und wieder wohnen, und dergleichen Leu-  
te wie vor erwähnet, dazu gebrauchen. Thue darüber  
Ew. &c. Gottes alwaltigen Gnaden Schutzes hertz trow-  
lichst empfehlen. Geben Bremend. 18. Aprill 1657." Al-  
terum est testimonium, quod dedit Sarnighausen Bremæ a.  
d. 28 Mai 1684. Auf beschesnes Anhalten Herrn Luders  
Clüvern, Königl. Schwedischen Zoll Accise und Contri-  
butions Einnehmern zum Fegeſack atestire hiedurch, daß  
er von demjenigen Klocken Lehn Haſſe ſo er zu Lehn hat,  
und in der Bückstraße alhier belegen iſt, jederzeit die Auft-  
wartung auf den Kirchthurmb und der Kirche bey vorge-  
fallenen Donner und andern Wetter verrichten laſſen. Bre-  
men d. 28. Mai 1684."

IV.




9

## IV.

Videlicet fuit ea quondam inter varia superstitionis exempla credula opinio, campanarum sonitu propelli tempestates. Superstitionis rationem verbis ANDREÆ PI- SCARA CASTALDI a) Neapolitani, & Theol. Doctoris, exponere iuuabit: *His omnibus addimus ex Rituali Romano nouiter impreso, pulsandas esse campanas omnes, cum procella imminet: pulsantur enim campanæ ad tempestatem repellendam, ut dæmones, qui, Deo permittente, multoties eas excitant, ipsarum sonitu, dum fideles ad preces configunt, terreantur: et quasi in dæmonum ingenium penetrauerit, abhorrent enim maxime, inquit, dæmones sonitum campanarum, quæ sunt multiplici benedictione sacraæ. Natales duxit superstitione, cui similis vix est, ex morte baptizandi campanas, ita usurpatæ, ut ipsis inter varia baptismi solennia inditum sit nomen. In Chronico Montis Sereni ad a. 1206 b) campana refertur, quam Hellembertus Havelbergensis Episcopus consecravit, Petronellam nominans. Ultraiecti seculo XV. campanam fuisse, cui nomen Maria, auctor est ANT. MATTHAEI c). Ab illa benedictione campanarum istam superstitionis vim et potestatem eatundem repetit easque ideo pulsari scribit GVLIELM. DVRANDVS d) ut procul pellantur hostiles exercitus et omnes insidiæ, inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum et fulgurum temperentur, infestaque tonitrua et Ventorum flumina suspendantur,*

- a) in Praxi ceremoniarum lib. I. Secl. 3. cap. 10. n. 21. p. 623. et in fundationib. & fatis ecclesiast. p. 552.  
b) in MENCKENII script. rer. Germ. Tom. II. p. 223.  
c) in tr. de iure Gladii cap. 37. I. c. 4. n. 15. d) in rationali diuin. offic. lib.

B



dantur, spiritus procellarum et aëreæ potestates prosternantur --- sicut hæc omnia in benedictionibus campanæ habentur. Nec modo inter fines superstitionis perficit hæc opinio, sed et captatoria facta est, siquidem sub eius tegmine laicorum bonis inhiarunt clerici, prout ex censura publica intelligitur, qua eam seculo XVI. damnandam censuerunt S. R. Imperii ordines inter centum grauamina, adversus sedem pontificiam & totum ecclesiasticum ordinem a. 1523 proposita e). Suffraganei, inquiunt, excogitauerunt, ut solum ipsi & nullus alius sacerdos laicus campanas baptizent. Credunt deinde simpliciores, ita affirmantibus suffraganeis, tales campanas baptizatas pellere dæmones et tempestates. Quapropter innumeri plerumque adhibentur compares, præcipue vero, qui fortuna pollent exorantur, qui baptismatis tempore funem, quo campana religata est, tangunt, ac suffraganeo præcidente, quemadmodum in parvorum baptismatione fieri solet, omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant vesque nova, quemadmodum et Christianis fieri solet, campana induitur. Inde ad sumtuosa properatur coniuicia, quibus præcipue compares, ut eo largius munera offerant, adhibentur, ---- quæ res non solum superstitionis sed etiam christianaæ religioni contraria ac simpliciorum seductio, et mera est exactio, verum tamen Episcopi ut suffraganeos vel vilissima obearare possint mercede, talia et adhuc absurdiora tolerant.

## V.

Ita vero neglecta naturali ratione, qua campanarum strepitu aerem longe lateque vibrante vim tempestatis infringi

e) Est grauamen LI. apud *versus Sed. Rom. lib. 2. P. 2. S. 2.*  
A C. FRID. GEORGIVM in tr. p. 444.  
de grauaminib. Nat. Germ. ad-

+ + + + +

fringi haud improbabile est, et substituta supersticioſa o-  
mnino opinione, æri, in fastigio templorum appenso, tan-  
ta vis in avertenda tempeſtatum iniuria tributa est, vt mi-  
rum videri non poſſit, quod eius conſequens eſt, iſtitu-  
tum, quo pro officio, in campanis tempore tempeſtatis  
pulſandis ſubeundo, data ſunt beneficia campanaria. Vbi  
ergo imminebat tempeſtas, campanarium beneficiatum vel  
in ecclieſia maiori eiusve turri preeſentem eſſe oportebat,  
vel alium ſubstituere, officium illud ſubituruм.

#### VI.

Quæ in Eccleſia Bremeri proſtant feudorum cam-  
paniorum exempla, illa fere omnia docent, ædificia pree-  
fertim, pro eo ſervitio data eſſe in beneficium. Id vide-  
licet ratio et uſus feudorum probat, ædes ſæpen numero col-  
latas eſſe nexus clientelari a). Cum itaque dominium uti-  
le ædium fuerat penes hos ecclieſia vasallos, tum ad eosdem  
pertinebat ad eadem ſartas teſtasque ſeruandas easque ſuis  
ſumtibus, reficiendas obligatio.

#### VII.

Dominium directum horum feudorum fuit penes Ca-  
pitulum Eccleſia S. Anſcharii Bremeriſis, cuius nomine  
Præpofitus, cuius prima fuit in Capitulo dignitas, ius ea-  
dem conferendi exercuit. Itaque Capitulo et Præpofito  
fidem promittebant iſti ecclieſia vasallii, et capituli conſenſu  
opus erat, vbi vel alienare ædes in feudum campanarium  
datas cupiebat vasallus, vel eadem in dotalitium concede-  
re; cuius rei exemplum ſequenti proferemus.

#### B 2

#### VIII.

a) Exemplorum congeriem  
exhibit IO. HENRIC. KLOTZ  
in diſſ. de feudo ædifici, cuius  
auctorem illuſtrēm Senkenber-

gium eſſe coniicit Celeb. IEN-  
CHEN in theſ. iur. feud. tom. I.  
p. 926.



## VIII.

Officii rationem habet et imitatur hoc feudum, quod ad heredes non transferit, sed ad vitae tempus fuerit concessum ut ex literis beneficiariis §. II. exhibitis apparet. Id subinde in aliis *feudis aedificii* obtigisse exemplo feudi constet, quo Abbas Fuldensis domum in oppido Fulda a. 1366. concessit ad vita tempus tundaxat, zu seinen Lebtagen. a) Morte vasalli ad capitulum reuertebatur, iterumque a eius Praeposito alteri dabatur in feudum. Filiis vasalli non facile obuenit, nisi ex speciali indulgentia. Anno 1641. Expectatiuum in feudum paternum filiis concederat Capituli Præpositus idque ex rationibus specialibus, quas recentent ipse literae expectatiuæ.

"Ich Laurenz Heistermann ErzStiftisch Bremischer Thum Capitular, und der Collegiat Kirchen zu St. Anschary Probst hielbst thue kund und bekenne hiemit für mich und meine Successoren an gemeldter Probstey, daß ich als pro tempore *Collator der Glocken Lehn* Dno Georgio Clödio auf sein abermaliges Erfuchen und Anhalten dessen *beyden Söhnen*, benanntlich Arend und Iürgen, wegen der grossen an Caspar Schulten feel. zum Abstand gegebenen Contentation Gelder, von Grund auf neuen erbaueten Stalles, und fernes noch vielfältigen in seiner zu seinem Glocken Lehn gehörigen Wohnunge angewandter, auch darzu künftig anwendender, und sich auf ein hohes erstreckender Bau Kosten, der eine auch mein Pathe und Gevatter, eine *Expectanz* und *Beanwartung* auf solch sein Glocken Lehn ertheilet und bewilliget; thue solches auch nochmals bestergestalt Rechtens für mich und gedachte meine Successoren dergestalt und also,  
daß

•) SCHANNAT in Client. Fuld. cod. prob. n. 197. p. 274.

dass obgenante seine Söhne auf ihres Vatern und Mutter, welche schon von *E. Wohl-Ehrwürdigen Thum Capitul Leib Zucht Verschreibung* in Händen haben, sich begeben den Todes Fall successive solchen Glocken Lehn cum pertinentiis auf Art und Weise es von ihm ietzo besitzet und gebrauchet wird, besitzen, nützen, niessen und gebrauchen mögen. Urkundlich habe ich die Exspectanz eigenhändig unterschrieben, und mit meinem Petschaft corroboriret. Bremen den 1. Martii Anno 1641."

## IX.

Itaque feudum campanarium improprium fuisse tūm ex servitiorum speciatiū determinatorum ratione tūm ex deficiente successionis iure perspicitur. Olim septem adi-  
ficia in feudum campanarium data sunt in ecclesia Bre-  
mensi, quorum indoles non perseuerauit. a) Ultimum  
feu-

a) Recensentur in indice a. 1703 confecto, vbi simul eorum hodierna ratio exponitur; quem ideo annexere inabit. "Glocken-Lehne bey der Struktur zu Bremen seyn ingesamt belegen in der Burkstrassen und an dieselbige 1) Ein Haus in der Burkstrassen wird in des Intendanten Burmeisters Register berechnet, in der Numer das 57ste, bewohnet die alte Reit Vogt Stephan-sche, ist olim ein Glocken Lehn gewesen, ietzo aber eingezogen, und wird die Hauer davon be-

rechnet, außer 1. Rthl. jährlich Abganges für Thurmsteigen beym Donner Wetter, und andern Feuers Gefährlichkeiten, wann sich solche eräugen. 2) Folglich Nro. 58. auch unter denen Häusern in solchem Register, von einer Haussstelle so auch damit belehnet gewesen, und eingezogen, davon gehet 1. Rthl. ins Register, und 1. Rthl. fürs Thurmsteigen. 3) Nro. 59. ein Haus damit belehnet gewesen und reducirt, wird bewohnt für ietzo von Valten Vortheilman.



feudum a. 1740 mox possessoris apertum redditum, vi-  
terius beneficiario' nexu concessum non est. Aedificia  
quondam in beneficium data hodie alii locantur, rediti-  
bus in rationes publicas redactis. Seruitii pristini hz re-  
liquæ supersunt, quod ex eorum locario vnu thalerus  
quotannis in stipendium eorum impendatur, quorum est,  
turus imminentे tempestate vel quolibet alio periculo, ma-  
gis *Custodiæ* gratia, ascendere.

## X.

Sed officii ratio postulat, vt ad id me conuertam,  
euius causa hæc præfatus sum. Honores indicandi sunt  
dignissimorum Candidatorum: quorum alter est,

VIR

man. 4) Nro. 60. Dem vorigen auch gleich, wird bewohnt von Behrend Hansen Zimmermann, der das Thurmsteigen abwartet, und in der Heut 1. Rthl. inne behält. 5) Nro. 96. wo die Kloppenburgische wohnet, hat eine gleiche Beschaffenheit. 6) Nro. 77. eine alte Buhde, davon gehet auch ein Thurmsteiger fährlich für 1. Rthl. Das übrige, was davon kommt, wird Königl. Kammer berechnet; Welche sechs Theile Glocken Lehns Güter, und deren gewesene Belehnung dann ingefänt reducirt und eingezogen seyn. 7) Noch ein Glo-

cken Lehn womit Lüder Clüver zum Vegesak belehnet, bestehet in einem kleinen Hause in der Bükstraße belegen, so dem Principal fährlich 12. Rthl. Haus Heuer abgibt, und überdem den Thurmsteiger hält, ist bishero zu, alio ruhig gewesen; Der jetzige Bewohner befagten Hauses heisset Iürgen Landwehr. Mehr Glockens Angehörige findet man zu ertheilender gehorsamen Nachricht nicht vor, denn angeführte sieben Theile. Bremen den 24. Novembr. 1730." Ultimum beneficium non minus, ac reliqua, consolidatione extin-  
ctum est a. 1740."

\* \* \*

VIR PRAENOBI LISSIMVS ET  
DOCTISSIMVS  
GEORGIVS FRIDERICVS AVGUSTVS  
DATHIVS  
LEVCOPETRENSIS MISNICVS

Cuius vitam studiaque laudatissime acta verbis ipsius complectar.

Natus sum Leucopetrae d. 13. Octobr. 1528. patre G E O R G I O A V G U S T O D A T H I O I. V. D. Serenissimi Ducis Saxo-Weissenfelsensis Confiliario Aulico, matre FRIDERICA MAGDALENA, IOANNIS GEORGII MENII Serenissimi Ducis Saxo-Weissenfelsensis Confiliarii Intimi filia; quibus optimis parentibus in prima iam etate me orbatum esse vehementer doleo. Prima elegantiorum litterarum rudimenta me docuerunt magistri privati; postea per aliquot annos doctissima fidelissimaque institutione H A V P T M A N N I , Illustris Gymnassi, quod Gerae floret, tunc Professoris, nunc Directoris meritissimi, in omni liberalium artium ambitu profeci, cuius summa in me merita temper grata piaque mente colam. Lipsiam deinde datus in humanioribus litteris doctor mihi contigit Celeb. ERNESTI, cui me pro maximis beneficiis, quibus me per omne tempus, quo ibidem commoratus sum, affecit, quam obstrictissimum profiteor. Albo ciuium academicorum Anno 1548. Recfore Magnifico IOECHERO adscriptus anno sequente studiis academicis operam dare coepi. Docentes ibi audivi VIROS DOCTISSIMOS CELEBERRIMOS-  
que

que in philosophia quidem WINCKLERVM, in elegantioribus litteris  
ERNESTI et CHRISTIVM, in arte differendi eundem ERNESTI, in historia  
Europæ IOECHERV M, in historia Imperii FRANCKIV M, in historia Iuris,  
Institutionibus, controversisque Iuris capitibus disceptandis BACHIV M,  
in Pandectis RIVIN V M atque eundem BACHIV M, in Iure Publico  
FRANCKIV M, in Iure feudal, Cambiali, et Ordine Iudicario Saxo-  
nico SIGELIV M, in Iure Criminali HOMMELIV M. Cum deinde  
Gottingae quoque per aliquod tempus studiis operam dare consili-  
um inissem, ibidem anno ccccLII. Rectore tum temporis Ma-  
gnifico, ILLVSTRI AYRERO in numerum civium academicorum  
receptus sum, in qua academia doctores habui VIROS CELE-  
BERRIMOS, in Pandectis, Iure Canonico, & Feudali BOEHMERV M,  
in Iure Publico SCHMAVSSIV M, in doctrina ordinis iudicarii su-  
premorum Imperii iudiciorum FÜTTERV M, in Heraldica KOE-  
LERV M, quorum singularem in me humanitatem atque benevolen-  
tiam semper grato pioque animo prosequar. Tandem ab Il-  
lustri ICTORUM Ordine omni, qua par est, obseruantia petii, ut mihi  
summos in utroque Iure honores conferrent.

Quam sibi studiorum assiduitate et præclaris ingenii  
dotibus conciliauit meliorum studiorum opinionem, so-  
lemini non minus examine quam docta utriusque iuris tex-  
tuum expositione cum laude tuitus est. Itaque ei ordinis  
nostris vnanimis sententia decreti sunt summi in iure hono-  
res, quorum conferendorum sparta præseitu et affensu  
SPLENDIDISSIMI ACADEMIAE CANCELLARII futuro die XXIV.  
febr. defungar, postquam eodem die præmissa lectione curso-  
ria ad L. 3. C. Si quis alteri vel sibi sub al. nom. emer. differ-  
tationem suam inaugurem de falsitate vulgari: quicquid  
est in territorio, præsumitur etiam esse de territorio, abs-  
que præside defenderit.

Alter

Alter est

VIR PRAENOBILISSIMVS ET  
DOCTISSIONS

RVTGERVS NICOLAVS  
SLVTERVS

HAMBVRGENSIS.

de cuius natalibus omnique vitae studiorumque cursu lau-  
datissimo dicam, quae ipse suis verbis suppeditauit.

**L**uceam, qua fruimur, huius vniuersi primum adspexi Hamburgi  
Anno MDCCXXVIII, d. 27. Maii. Patrem, quae Dei gratia  
est, adhuc viuum veneror Virum Magnificum IOANNEM SLÜ-  
TERVM Reipublicae Hamburgensis Syndicum Seniorem, cuius  
merita cum in patriam tum praesertim in me maiora sunt, quam  
quæ a me satis diserte enarrari possunt, qui vero, quoad vixero,  
maxime mihi semper venerandus erit. Carissimam quidem Geni-  
tricem sed nimis mature vita defunctam habui MARGARETAM  
ELISABETAM Viri Magnifici JOHANNIS DETERICI  
SCHAFFHAUSEN Consulis quondam ciuitatis Hamburgensis  
longe merentissimi filiam, cuius piam memoriam ob plurima ipsius  
in me collata beneficia non nisi viuis interesse desiro, deleri in  
animo, patiar. Sed est mihi, quod gaudeo, quae vicem illius  
sustinet, dulcissima nunc mater MARIA, ANDREAE BEREN-

C

BER-



BERGII, negotiatoris quondam Hamburgo celebris filia, quam,  
 cum omnia amantissimae matris officia semper mihi praestare solita  
 est, animo aequo pio ac deuoto eandem colo semperque venerabor.  
 His optimis carissimisque Parentibus meis praesertim curae cordi-  
 que fuit, vt a primis inde cunabulis talibus imbuerer doctrinæ  
 principiis, quibus impertiri debet puerilis actas. Ex Ephebis ve-  
 ro excessum ipsis me placuit tradere curae atque institutioni cele-  
 berrinorum JOHANNI Hamburgensis scholæ Praeceptorum,  
 quorum itaque nomina meo laud indigent laus praeconio. Inter  
 hos doctorem primum natus sum Clarissimum HACKIVM tunc  
 tem poris quartæ classis praceptorum, qui nunc autem Sub-con-re-  
 ctor electus est, cuius præclaræ institutioni id praesertim debo,  
 quod solidissimis illius doctrinæ praceptis, quæ primam, ut di-  
 cunt, partem studiorum humanitatis comprehendit, imbutus, eo  
 feliciores in ceterarum disciplinarum cognitione progressus facere  
 potuerim. Cuius autem subfilia quadriennio elapso cum relinque-  
 rem, ad secundan classem, cui tunc præterat KÜNSCHIVS Sub-  
 con-rector quondam sat celebris transiens, ipso per duos annos stu-  
 diorum formatore non sine multo usus sum fructu. Sed mox vi-  
 sum est parentibus, præficere mihi praceptorum doctrinæ morum-  
 que priuatum. Vnde euenit, vt traderer ad informandum Reue-  
 rendi Hamburgensis Ministerii Candidato tunc temporis clarissimo,  
 nunc HORNEBVRGI Ministro verbi diuini egregie merito LVO-  
 DOVICO KLEFEKERO. Quum autem ea ipsa huius viri in mi-  
 nistros verbi diuini cooptatio impediret, quo minus ipsius institu-  
 tione amplius mihi frui liceret, factum est, vt ante, quam adire  
 possem celeberrimos Gymnasi Hamburgensis Professores, praece-  
 ptorem adhuc nanciserer Doctissimum KÜSTERVM, eumque e-  
 tiam Reuerendi Ministerii Hamburgensis Candidatum, sed qui de-  
 inde Minister verbi diuini Grodæ diem iam obiit supremum.  
 Cuius institutionibus quidem cum per tres fere annos interfuissem,  
 intra quod tempus Corrector Iohannei Hamburgensis meritissimus  
 Praeflantissimus RICHERTIVS me simul docuit Mathesin, quam  
 dicunt puram, eo peruentum est, ut a Professoribus Gymnasi Pa-  
 trii

trii etiam apud exteros laude insignibus, qui ipsorum doctissimi  
 praelectionibus interesseb<sup>m</sup>, haud indignus iudicarer. Quo facto  
 ad historiam quod attinet addicendam vlus sum opera et auxilio Pro-  
 fessoris MICHAELIS RICHEY Viri inter eruditos meritis excellentissimi;  
 in cognoscendis primis Mathefeos principiis facem quasi praetulit  
**Clarissimus DORNEMANNVS**, Physicam, quam dicunt, siue Phi-  
 losophiam naturalem me docuit Vir laude integerrimus **WOLFIUS**;  
 in addiscendis philosophiae moralis et Iuris Naturae praceptis au-  
 xiliu*m* mihi tulit Vir longe celeberrimus **REIMARVS**; Prima ve-  
 ro Iuris Civilis principia, nec non institutiones Iuris Naturae, duce  
**PVFFENDORFFIO**, Vir Consultissimus **SCHELHAFFERVS** egre-  
 gie interpretatus est. Denique nec **SCHAFFHAYSENIVS** Vir do-  
 ctrinae humanitatisque laude maxime conspicuus sua opera suoque  
 auxilio mihi defuit, quin potius ea omnia, quae ad stilum in ver-  
 nacula pariter ac latina lingua formandum faciunt, tum quae et  
 graecae linguae et Logices atque Metaphysices cognitionem pro-  
 mouent, magna cum dexteritate fideliterque mecum communicauit,  
 cui igitur non solum ob arctissimum consanguinitatis vinculum, sed  
 etiam propter diligentissimam illam ipsius institutionem per totum  
 vitae spatium me maxime obstrictum profiteor. Postquam autem  
 optimorum, quos laudau, praceptorum praelectionibus atque in-  
 flstitutionibus per triennium iam maximo meo cum fructu atque emo-  
 lumento aures praebere discendi cupidissimas mihi lieuerat, quam  
 felicitatem semper grata piaque mente mihi gratulabor, placuit  
 Optimo Patri meo, vt hanc, vbi adhuc dego, sed quae mox non  
 sine dolore relinquenda mihi erit, Academiam Georgiam Auguslam  
 adirem, quae sane, vii tum quidem conieci magnam, qua apud  
 exteros gaudet, famam, id quod ego ipse expertus sum, valde su-  
 perat, semperque superabit. Reslat igitur, vt quorum Virorum  
 laude mea maiorum opera atque institutione in percipiendis tum  
 philosophiae tum illius doctrinae, ad quam animum praesertim ap-  
 plicare contendi, iurisprudentiae scilicet partibus, hic v<sup>er</sup>sus sum,  
 brevibus exponam. Quod ad priorem attinet scientiam in Logicis  
 et Metaphysicis me excellenti institutione sua aditus illarum patet



Celeberrimus noster WEBERVS Mathefeos, quam puram dicunt,  
cognitionem mihi non sine multo fructu impertivit Clarissimus  
ECMANNVS, qui duorum fratrum maxime celebrium natu mai-  
or est; Historiam praecipuorum Europae regnum exposuit mihi Excellentissimus ACHENWALLIVS, cuius institutione frui,  
etiam mihi licet in addiscendo iure Naturae, nec non in acquiren-  
do illius scientiae adeo utilis ac amoena, quae vulgo sub Statisticae  
nomini venit, notitia. Sed in historia Regni Romano-Teutonici  
Doctorem habui non mea solam sed doctissimi etiam cuiusque laude maiorem, Magium nempe KOHLERVUM. Et quamvis etiam  
verae eloquentiae atque humanitatis laude omnino maximi GESNE-  
RIS praecepta cum amico quodam quod ad latinae, ipse vero so-  
lus quod ad graecae linguas elegantiam penitus inbuendam attinet,  
priuatissime imbibere quasi in animo haberem, morbus tamen,  
proh dolor! grauissimus idemque diuturnus, qui vero, quae  
Dei gratia fuit, nulla alacritatis viriumque et animi et cor-  
poris Excellentissimi Viri reliquit deminutionis vestigia, impeditiu-  
quo minus satis diu interesse potuerim ipsius praelectionibus, cum  
postea tempus, quod studio iuridico erat tribueendum, hunc conatu  
obicem quasi posuit. Iam enarratis, quae de studio philosophiae  
in genere dicenda erant, supereft tantum, vt de laboribus, qui iuri  
perciendo impendendi fuerunt, adhuc quaedam memorem.  
Quam ob rem praelertim nominandus mihi est Perillustris GEBÄVERVS  
summus aetatis nostrae Iureconsultus, cuius meritorum gloria to-  
tum literarum orbem adeo pérusagatur, vt ipsum nominasse instar  
laudis sit maxima. Huius autem Viri aeternum venerandi excel-  
lenti atque praeclara institutione vt mihi licet non solum in histo-  
ria Iuris universi, in addiscendis primis Iurisprudentiae principiis,  
quae ope Institutionum Imperialium traduntur, sed et priuatissimi  
ipsius praelectionibus, quae historiam, quam vocamus politicam,  
spectant, interesse felicissimus potui. Reliqui autem Viri pro suo  
quisque ordine ac dignitate Illustres, Clarissimi, qui me illis imbue-  
runt scientiae praeceptis, quibus ad felices in iure progressus adi-  
piscendos opus est, vt honoris causa nominem, meum esse puto.

Sunt

Sunt illi, Vir' illustris ac inter eos, qui foro praecepue operam dant; primum locum obtinens **WAHLIVS**, qui artem, quae quomodo ex actis felici negotio referendum sit, tradit, non sine maxima dexteritate me docuit; Illustris et circa cognitionem Iurium, quae statum publicum concernunt meritis eminentis **SCHMAVSSIVS** Iuris Publici Romano-Germanici principia mihi explicauit. Illustris **AYRERUS**, qui in arte disputat, vt in ceteris Iurisprudentiae partibus paucos sibi pares habet, cuius praeclaram institutionem, quantum fieri potuit, in meum convertere ysum studui. Illustris **BOEHMERVS**, qui solidissimis scriptis suis et institutionibus summae paternae gloriae vestigia felicissimo premit successu, ex cuius itaque praelectionibus solidissimis Iuris Canonici campum felicissime illustrantibus, quantum potui, vt proscerem, operam dedi. E numero Professorum Iuris Extraordinariorum Doctores habui, quod ad ius feudale attinet Excellentissimum **RICCIVM** Syndicum Academiae huius meritissimum; Rem iudicariam vt et filium Cancelariae me docuit Excellentissimus celeberrimusque **FÜTTERVS**; Ius Digestorum, modum procedendi in Iudicio, nec non historiam literariam Iuris addiscere licuit ex doctissimis **MEISTERI** praelectionibus, cuis priuatissimis institutionibus maximo meo cum emolumento quod interesse etiam mihi licuit, semper erit, quod mihi gratulor. Hic etiam a me praetermitti non debet Vir Confultissimus huius Academiae quandam Professoris Iuris Extraord. nunc ordinis equestris Megapolitani Syndicus **SEIPIVS**, quem Ius Institutionum, Ius Germanicum et **STRUVIANAM** Iurisprudentiam Romano-Germanicam foresem praecclare interpretantem parum doctrinae incremento ac voluptate audiui. His denique accessit iam laadatus a me **BECMANNVS**, qui pro sua docendi suauitate, aequa feliciter Iuris ciuilis principia mihi tradidit; ac Iuris Criminalis ambitum cognitum mihi fecit frater et doctrina et animi integritate et apte docendi facultate ipsi haud impar.

Quod ad addiscendas linguis exoticas attinet, Gallicam me docuit Vir Excell. de **COLOM**, Anglicanam Excell. **TOMPSONIVS**, Italicam vero Celeb. **KRAMERV**. Ceterum vero quod adhuc fu-

per-



perfluit tempus partim auiicis, ex quorum docta consuetudine see-  
pius non utilitatis minus quam voluptatis in me redundauit, partim  
vero illud artibus, quae ad corpus mouandum in priuis spectant,  
sub moderamine Magistrorum earum quoque artium peritissimorum  
tribuendum esse putani. Quibus omnibus hocce trienni spatio per-  
actis tum quoqua me Illustr. ICtotum Examini subieci, qui non ba-  
uignissime solum, vt solent, ed illud ue admiserant, sed etiam  
summorum in Iure honorum me haud indignum iudicauerunt, cui-  
us Illustr. Ordin. in me animam tanquam maximum felici-  
tatis meae partem considerandam habeo semperque habeo. Igi-  
tur nihil puam publicus Disputationis actus nunc amplius restat,  
quo peracto, iter adhuc literarium per Germaniam exterisque re-  
giones adhuc suscipere animus est, quo absoluto in patriam redux  
nihil magis curae cordique erit, quam vt quicquid praefens in  
patria et absens ab illa in bonis artibus prosecerim, in illius  
et amicorum utilitatem, quoad ejus fieri potest, conuertam,

Res suas cum in hac Academia praelare gessit, tum fe-  
lices in iurisprudentia profectus in solenni non minus ex-  
amine quam docta ad juris vtriusque capita commentatio-  
ne ordini nostro probauit, et in vtroque nobis ita satis-  
fecit, vt eum ad reliqua praestanda admittendum esse vna-  
nimies statuerimus. Iam in eo est, vt doctrinam suam  
et in iure peritiam publice testatam faciat, lectionem cur-  
soriam ad auth. Praeterea C. vnde V. et V. et dissertationem  
inauguralem de variis matrimonii perfectionibus & earum ef-  
fectibus a. d. xxviii. Aprilis fine praeclide habiturus. Quibus  
peractis, SPLENDIDISSIMI ACADEMIAE CANCELLARII  
praesedit et assensu eidem licentiam conferam supremos in  
iure honores, quandocunque libuerit, capessendi.

Vtrum-

Vtrumque actum ut MAGNIFICVS ACADEMIAE  
PRORECTOR CVM SENATV, ILLVSTRISSIMI CO-  
MITES, PERILLVSTRES ILLVSTRES GENERO-  
SISSIMI PRAENOBILISSIMI QVE ACADEMIAE CI-  
VES, HOSPITES, COMMILITONES praeftentia sua ex-  
optatissima exornare velint, perofcione rogo. P. P. in  
Georgia Augusta a. d. XXIII. Febr. cIc Icccliiii.





Göttingen, Diss., 1753 A-C



VD 78







F. 7. num. 35.  
1753, 6a 6  
*P. 334*

ORDINIS IVRIDICI  
DECANVS  
GEORGIVS. LVDOVICVS  
BOEHMER D.  
CONSIL AVL. REG. ET ANTECESSOR  
VIROVM PRAENOBILISMORVM DOCTISSIMORVMQVE  
GE. FRIDERICI AVGVSTI DATHII  
LEVCOPETRENSIS MISNICI  
ET  
RVTGERI NICOLAI SLVTER  
HAMBVRGENSIS  
SOLENNIA INAVGVRALIA  
INDICIT  
PRAEMISSA OBSERVATIONE  
DE  
FEVDO CAMPANARIO  
*vulgo Glocken Lehn.*

GOTTINGAE,  
PRELO GEORG. LVDOV. SCHULTZI ACAD. A TYPIS

